

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

K.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

nologium Cisterc., 25. Septembri: & Ant. San-  
derum in Hagiologio Sanctorum Flandriæ.

*Iulianus Werner* (alibi, *Vernier*) Prior S. La-  
zari, in Iuburbijs Firmitatis Milonis, diœcesis  
Suectionensis, scripsit Gallicè libros duos, in regu-  
lam S. Benedicti, quorum 1. intitulatur, *Intro-  
duction à la vie religieuse*; estque scriptus per for-  
matum dialogi inter discipulum, & magistrum;  
posterior hunc habet titulum: *L'ancien eriguer  
de la Regle s. Benoist.*

*Translatis* & in carmen gallicum, concessionem quan-  
dam Sancti Bernardi. Item & alium tradatum eius-  
dem Sancti, inscriptum: *Scala Claustralum*. Viue-  
bat adhuc anno 1645. alijs operibus incum-  
bens. Relationes Eximiorum D.D. Claudij  
Chalemot, & Arnolfini, iam saepius citatorum.  
Fuit hic Julianus, priorissus Longipontis, & ibi-  
dem quondam etiam Prior.

*Iulus à Sancta Anastasia*, alias, Bartoloccius,  
anno 1651. Prior Fulensem ad S. Bernardum  
de Vibio, in lingua Hebraicâ versatissimus, in  
tantum, ut ob dictâ lingua periret, à S mo  
Domino nostro Innocentio decimo assum-  
ptus sit in eiusdem Hebraicâ linguae Scripto-  
rem, in Biblioteca Vaticanâ; plura se elabo-  
rata, luceque dignissima, sub calamo premis.  
*Relatio Fulensem*. Româ transmissa, 1651.

*Iustus Abbas* ordinis Cisterciensis, vixit anno  
1300. quo, in conuentu multorum Abbatum illius  
ordinis, habuit sermonem elegantissimum, à Ioanne  
Picardo leorism Lutetiæ, & postea à Coloni-  
ensisbus. tomo 14. bibliothecæ Patrium, edi-  
tum. Sermo totus versatur in ijs castigandis,  
qui iniquum iustitiae monastice induxerant iu-  
stitiam. Vir fuit omni scientiarum genere pra-  
editus, ac singulariter fecundus. Aubertus My-  
raeus in auetario de scriptoribus Ecclesiasticis,  
cap. 412.

*Iustus de Castro*, Vallis bonæ in Hispania reli-  
giolus, grauioribus omnibus excultus studijs,

clarum sibi eruditio[n]is nomen comparauit,  
præterim à tempore, quo luci dedit.

*Instructorium spirituale*, Compluti in 8. apud  
Andream Sanchez, anno 1517. Item

*Institutionum moralium tomum insignem variâ  
eruditio[n]e refertum*. Nuper adhuc in viuis plura  
meditabatur. Henriquez in Phenice.

## K.

*K*eseriacum (alias Tereriacum, vel Ghiseriacum)  
monasterium est Laudunensis Diœcesis,  
cuius *Anonymous* quidam religiosus, doctrina ac  
sanctitate clarus (teste Seguino in bibliotheca  
Cisterciana litera M. numero 18.)

Scripsit Stylo terço insignem *Librum*, de vita  
& gestis Beati Rolandi, eiusdem monasterij Abbatis,  
viti sanctissimi, eni[us] festum ibidem annuanim  
colitur officio proprio, atque indulgentijs con-  
cessis à Summo Pontifice, fidelium deuoti-  
onem sollicitantibus: h[ec] Seguinus. Quæ etiam  
confirmat Molanus in appendice ad suum  
Martyrologium, his verbis: Rolandus, ait, in  
Keseriacō quiete cit[us], responsoria, & collegetæ ha-  
bentur ibidem, & indulgentiæ. Vide etiam de  
Aurhore huius vitæ Angelum Manriquez, to-  
mo 1. Annalium suorum, ann. 1140. cap. 12. &  
Henriquez in Menologio, 16. Ianuarij.

## L.

*Aureliu[m]* monachus Dunensis, Ord. Cister-  
ciensis, Prognosticon nouus & veteris Testamenti,  
metricæ. Quod opus Ioannes Bunderius littera  
L.n. 20. testatur le vidisse in Claromarico ha-  
bet & illud Philippus Labbaeus, Soc. Iesu de-  
scriptum ex codice Thuano 428. ut ipse met  
scribit, parte 1. Coronidis Poëtice, Bibliothe-  
cæ nouæ M.S. librorum, licet, pro Dunensi mo-  
na. b. scribat Dunelmensi, & pro, Prognosti-  
con, Hypognosticon.

Lxx.